

nem *ibidem* corruptelam vocat, & hæc pro hac quaestione & declaratione consuetudinis nostræ legis.

Ibi, *Se succeda an illos*, per consanguineos clerici usque ad decimum gradum, sicut in laicis diximus in l. *precedente*, quid tamen si crearet clericus consanguineis, & applicabuntur bona ejus filio Episcopi, vel Regis, & gloss. *fin. in l. 6. tit. 13. part. 6.* inquit filio Episcopi applicari, ut in pios usus illos converterat, non verò

ut sibi appropriet, licet *Avenida. dist. respon. 19. numero 8.* dicat ex l. 53. *titul. 6. partit. 1.* tunc Ecclesiæ applicandos, concordantur tamen ex dictis per *Didac. Perez in lib. 20. tit. 19. lib. 8. Ordin. pag. 372. colum. 1.* ut prima opinio procedat quoties clericus non habet Ecclesiam, secunda verò si eam habeat propriam in titulum: Et hæc pro hac lege & pro isto prolixo titulo sufficiant, ut ad alia accedamus.



## TITULUS



## TITULUS NONUS

## De las Ganancias entre marido

y muger.

**I** quoniam hereditate adita bonorum relictorum per heredes defuncti divisio & partitio cum uxore petitur, in qua quidem divisione uxor dotalia bona & alia sibi competentia, inter qua lucralia sunt, petit, ideo post titulum precedentem, ubi de hereditatibus & divisione earum tractatur, subsequitur titulus hic noster utilis & practicabilis disponens qua lucralia dicantur, & quomodo dividenda & cum quo onere: De qua quidem materia fecit tractatum *Segura* in suis operibus, & *Suarez* in titulo De las Ganancias, foro legum, & tractavit *Pal.* in Rubr. §. 62. cum sex sequentibus, ubi ampliat & limitat, & *Covar.* Var. cap. 19. per totum, & *Caspan.* in conf. Burg. Rub. 4. §. 2. in tex. & acquæst. fol. 136. colum. 2. cum sequentibus aliquibus, ubi in numero 1. declarat quid veniat appellatione lucrorum horum, *Burgundia*, & alibi acquæstus nuncupati, de quo & per *Didacum Perez* in l. 1. titulo 4. lib. 5. *Ordin.* pag. 158. colum. 1. cum sequentibus, ubi declarant quid sit acquæstus hic, & in progressu hujus tituli videbimus latius, & per leges ejus clarissimè patet esse in summa, ea omnia que durante matrimonio maritus & uxor vel quilibet ex industria & labore acquiserunt.

## IN LEGEM PRIMAM.

Bona relicta marito, aut uxore, aut ambobus mortuis lucralia, & sic communia presumuntur, nisi aliud probetur.

## SUMMARIUM.

1. Jure antiquo omnia bona presumebantur mariti, hodie secus ex lege nostra.
2. Cordube lex nostra non usitatur, & ideo consuetudo illius loci probanda est, & ideo semper qui allegat bona non esse lucralia tenetur probare, & num. 3.

Ibi, *Que el derecho diga*, ut in l. *quintus*, ff. de donat. & in l. *etiam*, C. eo. tit. l. 2. ad fin. tit. 14. part. 3. quibus juribus probatur, res pænes uxorem mortuo marito & repertas præsumi esse

ipsum mariti, ut omnis sinistra suspicio contra mulierem cesset, si aliud diceretur, quæ jura ad hoc allegavit *Covar.* in cap. 1. num. 6. de testam. & *Pal.* Rub. in Rubr. de donat. inter. §. 60. num. 1. cum sequentibus, ubi quamplura similia adducit, quæ hic referre esset prolixum, præsertim cum ex lege nostra cessent, & tanquam lucrata & conquestus communia ipsius mariti & uxoris, dividuntur per medium inter heredes mariti & uxorem, vel inter heredes uxoris & maritum superstitem, vel inter amorum heredes uxore & marito mortuis, nam cum inter maritum & uxorem quedam societas contracta videatur universalis, ut in cap. cum societas, 27. quaestio. 2. latè per *Didac. Perez* in l. 1. titulo 4. de las ganancias, lib. 5. *Ord.* gloss. 1. nam maritus & uxor sunt socii divina & humane domus, ut l. adversus, C. de crimin. expil. ber. ut per *Pal.* Rub. ubi supra, §. 61. per totum, ubi *mun. fin.* declarat, non

non quod bonorum ad matrimonium per unum- quemque eorum allatorum hæc societas contracta censetur, sed que in futurum durante matrimo- nio acquiruntur, prout & inquit Covar. in 4. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. cumque societatem hanc inter se maritus & uxor contrahant, sicut socii bonorum omnium communicant inter se quæ acquirunt, ex text. in l. §. fin. & l. 2. ff. pro socio l. 46. tit. 28. part. 3. l. 6. tit. 10. part. 5. mirum non est si inter virum & uxorem acqui- sita, durante matrimonio, æqualiter commu- nicentur inter eos, & hæredes suos. Et hoc post- quam uxor ipsa ad domum traducta est, prout inquit Pal. Rub. ubi supra, §. 62. in princip. & ibi Additio. allegat Seguram idem tenentem, & dicemus latius in l. sequente in gloss. de conjuno. licet Tell. in l. 16. Tauri, numero decimo-tertio velit nullam societatem contrahi inter maritum & uxorem.

Ibi, *Marido, & mger*, Quid si putativè sunt tales, verè tamen matrimonium non valuit, vide in l. sequente in gloss.

Ibi, *Pero la costumbre*, Quæ quidem consuetudo antequam per legem nostram approbaretur erat introducta, & utebatur communiter & passim inter omnes secundum Montal. in l. 1. verbo *Por medio*. tit. 3. lib. 3. fori, licet tunc ante legem nostram probanda erat talis consuetudo, & usus legis fori & styli consuetudinem approbantes, verumtamen cum ex lege nostra sint approbata consuetudo hæc & dicte leges fori & styli, non est jam necesse consuetudinem hanc, & usum dictarum legum approbare, secundum quod diximus latè in l. 3. verbo *En aquellas cosas que se usaron*, tit. 1. lib. 2. supra, & sic qui contrariam consuetudinem allegaverit, tenebitur eam probare, prout Corduba sic, & ubi lex nostra non ulitatur, teste Pal. Rub. in dicto §. 60. in fine, & glossa dot. in l. 26. tit. 11. part. 4. & in l. 23. in glossa magna, eo tit. & part. & Symancas qui ut Corduba naturalis ita asserit, in insti. Carbol. tit. 9. num. 150. cum tribus sequentibus, & à numero 138. inceptit, inquitque consuetudinem contrariam Cordubæ habitam favorabilem esse, nostram verò exorbitantem, secundum cum ibi num. 154. inquitque num. 139. consuetudini nostri tex. posse renuntiari, ut & probat l. 9. infra eod. ubi videbimus Deo volente, & eadem consuetudo sicut nostra servatur Burgundia, secundum Cas. in consi. Burg. Rubrica 4. §. 2. per totum, fol. 132. ubi & alia in propositum adducit, & Aragoni, secundum Castellum l. 14. Tauri, verbo *Puedan*, & apud Gallos & alios, secundum Covar. in 4. part. 2. cap. 71. num. 6. & Boer. decis. 22. num. 27. Sed quid si negaret mulier bona illa esse lucrata constante matrimo- nio, vide optimè Salicet. in l. etiam, ad fin. C. de dona. inter. & tunc tenetur hoc probare, quia præsumptio est contra eam, ex lege nostra & simili- bus, & tenet Covar. in cap. 1. num. 6. de testa- mentis, & est optima lex 2. pen. in fin. tit. 14. part. 3. id probans, & Dec. consi. 237. num. pen. & fin.

Ibi, *Salvo lo que probare cada uno que son suyos*. Nam ista præcipua dabuntur probanti, prout & dicebat etiam dicta lex styli, & Suarez in l. 1. tit. de las ganancias, versic. *queritur ulterius*, in fine, 22. in princ. in antiquis, imò si officium aliquod ante matrimonium rectorie aut tabellionatus ven- dibile tamen & renuntiabile ad matrimonium ac-

tulit, etiam si illud vendiderit durante matrimonio, vel perdidit, præcipuum habebit, ut per Avend. respon. 9. & sic utilissimè est maritum & uxorem inventaria publica coram tabellione & testibus facere bonorum, quæ unusquisque ad matrimo- nium adfert, ut consulti fieri Matienço hic gloss. 2. numero 2.

IN LEGEM SECUNDAM.

Qualiter lucra constante matrimonio habita & acquisita inter maritum & uxorem sint dividenda, nostra lex declarat, & disponit.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra in sponsis, etiam de presenti locum non habet.
- 2 Mariti appellatione de velato intelligimus.
- 3 Sponsus si cum pecunia sponsæ aliqua lucraverit, ejus erunt.
- 4 Lucra dividuntur inter maritum & uxorem etiam si non sit uxor cognita carnaliter à viro.
- 5 Lucra acquisita in matrimonio putatio, an sint dividenda, & ibi quid sit clandestinum.
- 6 Injustè questia non communicantur.
- 7 Maritus potest in vita restituere illicitè acquisita antequam trahantur ad communionem.
- 8 Res mariti si melioraretur, an dividatur melioratio tanquam lucralia.
- 9 Quid de usufructu consolidato cum proprietate.
- 10 Lucra an acquisita dicantur titulo oneroso vel lucrativo.
- 11 Impensa pro rebus dotalibus facta sunt compu- tanda pro dimidia marito, & sic cessabit titulus, de impen. fac. in rebus dota. ut ibi.
- 12 Damna bonorum dotalium & bonorum mariti ex lucris, sunt dicta damna resarcienda, num. nisi ut ibi.
- 13 Acquisitum per uxorem labore suo, non est suum, sed communicandum contra Alexand.
- 14 Cohabitatio simultanea an requiratur ad com- municanda lucra, & ibi declarat an prove- niat separatio, culpa, vel non uxoris aut mari- ti.
- 15 Acquisita mortuæ uxore, bonis semper remanen- tibus in communi, an dabitur medietas heredi- bus uxoris mortuæ.
- 16 Maritus ante matrimonium, si emit res aliquas traditas, contracto jam matrimonio, an illarum habebit partem uxor ejus.
- 17 Lucrorum transfertur pro medietate dominium & possessio in uxorem, statim quod acquiritur in habitu, & non in actu, & revocabi- liter.
- 18 Uxor an aget pro sua medietate lucrorum sine cessioe heredum mariti.
- 19 Debitor vendens fundum alicui, ut ex pecunia satisfiat creditoribus venditoris, opus est ces- sione ut agatur.
- 20 Socius omnium bonorum potest petere lucra societatit, & debita sine cessioe.
- 21 Respub. potest agere contra conductorem bonorum ejus, & contra eos quibus causa non valeat au- habebit locum lex nostra, & Pala. Rub. in Rub. §. 36. num. 2. inquit quod sic, per legem 4. tit. 6. libro 3. for. & licet hinc inde plura adduci possent pro & contra assumenda ex Tiraq. in l. 8. connubi. num. 234. cum sequentibus & per Covar. in 2. par. Azevedo in Recopilacionem. Tom. III.

- 22 Filla traditio ex actu inita societatis habet vim constituti, & in constituto cessat l. 3. ff. pro socio.
- 23 Rei revocata à marito an deat medietas uxori, & ibi an ex ex fructu consolidato cum proprie- tate, vel de augmento rei, & an in re vendita cum pacto de reo vendendo.
- 24 Rei incepte usufructi, & matrimonio constante per- fell a usufructione, an deat medietas uxori, & ibi quid in re emptæ ante matrimonium à non domino, & marit. constante præscripta.
- 25 Donationis cuiuslibet mariti facta non datur pars mulieri & contra, & ibi quid in remun- neratoria.
- 26 Acceptationem si uxor non fecerit sue medietatis lucrorum an transmittit ad hæredes suos jus ac- ceptandi.

te. cap. 7. §. 1. num. 7. de spons. & Suarez in tit. de las ganancias, §. 1. per totum & Bacz. de deci- ma tur. cap. 12. num. 17. & per Anton. Gamam. decis. Lysit. 220. tamen quia hæc est vera, & tenen- da opinio, ut datà bonâ fide contrahentium tale matrimonium habeat locum lex nostra, ut post hæc vidi per Matienço hic gloss. 1. num. 4. cum sequentibus pluribus, & Didac. Perez in l. 4. tit. 4. lib. 5. Ord. pag. 164. in fine. cum sequeretur ideo verborum ambages sunt excusandæ. Et quid si matrimonium est clandestinum vide Avend. res- pon. 20. n. fin. ubi per totum illud responsum plu- res limitationes ad legem nostram assignavit, quas refert Matienço diti. gl. 1. per totam, quas omitto nè transcribamus aliorum dicta.

Ibi, *Canaren*, Sive industria, sive operâ, vel questu alicujus, secundum Palat. Rub. in Rub. §. 64. num. 63. dum tamen iuste non verò injustè lucrata sint, injustè enim questia non com- municantur. l. quod autem cum sequentibus ff. pro socio. l. 8. tit. 10. p. 5. not. in propositum Pal. Rub. ubi supra §. 65. fol. 41. Suarez in tit. de las ga- nancias, limitatione 4. fol. 16. in antiquis. Rebus. in compen. ali. rerum Eccles. num. 29. ubi Palat. Rub. allegat, & Didac. Perez, in l. 2. tit. 4. lib. 5. Ord. pag. 162. vers. *queritur*. & sic maritus potest in vita restituere si illicitè acquisita, antequam trahantur ad communionem, secundum Pal. Rub. in diti. §. 65. num. 10. & Bacz. de decima tur. cap. 26. num. 8. Sed an si res mariti melioretur & divi- dentur melioramenta tanquam lucralia, tradit Covar. in 4. parte 2. cap. 7. §. 1. num. 9. ubi tractat questionem de usufructu consolidato & cum proprietate mariti, quod & tetigit Anton. Gom. Tom. 2. cap. 15. num. 19. & gl. estimanda. in l. 18. tit. 11. part. 4. Et an titulo oneroso, vel lu- crativo & hæc lucra acquirantur, tradit Tellius, in l. 14. Tauri, colum. 1. notandum tamen est text. nostro & similibus, quod impensa in rebus dotalibus factæ sunt computandæ pro dimidia marito & pro dimidia uxori, & non totum uxori, secundum Cas. in l. 61. Taur. n. 16. in additione; quod intelligo si id quod est impensum multipli- catum esse apparet, puta si maritus edificaverit so- larium aliquod in dotem cum uxore ei datam, vel refecerit domum dotalem, impensum in hoc reputabitur multiplicatum durante matrimonio, si aliunde adint bona ex quibus solvantur capi- talia mariti, & uxoris, ex l. 9. tit. 4. libro 3. for. communiter in hac civitate Placentiæ usitata: & per consequens cessabit titulus, ff. de impen. in re dota. sic. in casu dicto in quo impletis capitalibus viti & uxoris impensa illæ tanquam lucra reman- nerent, secus verò aliàs, quia & tunc servabitur dictus tit. de impen. in re dota. fac. & idem esset ubi per maritum ante matrimonium esset aliud conventum, vel in locis ubi lex nostra non est ad- missa, ut Corduba. Damna tamen in bonis do- talibus obvenientia de lucris deducenda & res-arcienda sunt, secundum gloss. de pro. in l. 18. tit. 11. part. 4. ubi ita dicit practican. & Ayora, de partitione. 1. part. cap. 7. num. 38. versic. *his au- tem*. nisi damna talia bonorum dotalium obvene- rint culpa mariti, nam tunc ex bonis mariti non vero ex lucris resarciuntur, secundum gloss. pen. in diti. l. 18. vel si maritus suscepit bona dotalia estimata etiam simpliciter, vel sunt de rebus, quæ pondere, numero & mensurâ consistunt, nam &



dist. l. 6. potest uxor tanquam lucrata querere & ad hoc censetur habere mandatum, ergo vera est hęc nostra opinio, nec obstat l. 3. ff. pro socio: ubi nomina debitorum acquisita per unum socium, non communicantur actione pro socio, nisi cedantur, quia id verum est, nisi aliud per legem sit dispositum prout per leges nostras dispositum reperitur, quoad virum & uxorem tam quoad dominium, quam quoad possessionem. Item dato quod non communicarentur actione pro socio, actione nostrarum legum sunt communicata, item ex dist. l. 6. & ex dictis recuperatio debitorum datur alteri socio ea non acquirenti, igitur tenendum est indistincte sine cessione uxori acquisi medietatem lucrorum, & competi remedium possessionum ipsi uxori pro recuperatione sue medietatis partis debitorum vel iurium incorporatorum, sicut aliorum bonorum immobilium acquisitionum durante matrimonio: Item si Avendañus & Didacus Perez ubi supra fatentur quod si mulier est contenta in instrumento potest perire iura & nomina debitorum, ergo non in cessione heredum mariti vim facienda est, quia si huiusmodi facta traditio ex actu inite societatis habet vim constituti, ut sentiunt glos. & Doctores in l. 2. ff. pro socio probat Tiraquellus de constit. parte 2. ampliatione 32. num. 6. in fine, & Covarruvias Par. cap. 31. num. 2. & Matienço, hic, glossa 3. num. 19. ubi tamen adest constitutum cessat regula. dist. l. 3. ff. pro socio, secundum Molinam, de Primogeniis, libro 4. cap. 2. num. 33. & 36. ubi num. 39. inquit ex constituto in corporaliibus cessionem fieri, & cum, ut dixi, ex hac ficta traditione, domini constitutum censetur adesse, ergo & cessione adest, & sic omnino remanet destructa opinio Avendañi, & Didaci; Perez, & hęc nostra optime corroborata, quam sic non reperies per alium tactam neque examinatam. Sed an res à marito retracta & ex vi retractus sanguinitatis habenda sit ut lucralis, ita quod in ea uxor medietatem habeat, Avend. responsio 39. octo fundamentis tenet quod sic, Didacus tamen Perez, in l. 4. tit. 4. lib. 5. Or. pa. 165. vers. dubium censeri solet, cum sequentibus, inquit quod non tenentes in simili casu scilicet, quoties usufructus rei, quam in proprietate uxor ad matrimonium adduxit, quod non acquiritur medietas usufructus consolidati viro, etiam si durante matrimonio fiat consolidatio, quia venit extra rem & extra operam & industriam, sicut in augmento rei ex cursu temporis proveniente, quod nec de hoc etiam datur pars aliqua viro, sed totum accrescit uxori cuius erat res, & è contra si sua erat & sic in utroque casu tenet Covarruvias, in 4. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 9. & Anton. Gomez Tomo 2. capit. 15. num. 19. & glos. o estimada. in l. 18. tit. 11. part. 4. ubi infert ex hoc an idem sit in re per maritum ante matrimonium vendita cum pacto de redimendo, si matrimonio iam contracte redemit eam. Et quid in re, & quam vit ulcupante inceptit ante matrimonium & ex constante usucapra, & in hoc cum Pal. Rub. reliquit cogitandum Covarruvias ubi supra num. 10. cui convenit questio facta per Didacum Perez in dist. l. 4. titulo 4. libro 5. Ordinan. pag. 167. columna 2. versicul. quid autem erit

quoties maritus emit domum ante matrimonium cum titulo & bona fide à non domino, quam matrimonio constante cursu temporis acquisivit an sit communicanda cum uxore, quæ per ipsos videri possunt, quia late in iis insunt ut ad alia properemus, & in retractu adherere opinioni de Avend. in aliis vero ipsorum Doctorum opiniones placent, quicquid velit Montalvus. l. 1. tit. 3. glossa per medio columna 3. versiculo, unde not. libro 3. Fori.

Ibi, Donatio de Rey. Ergo aliud in donatione ab alio quam à Rege facta dicendum erit, nam inclusio unius est exclusio alterius. l. cum prator ff. de iudi. c. nonne, de presumptio. & limitata dispositio limitatur producit effectum lege C. de translatio. nihilominus tamen idem dicendum est in donatione & quocunque facta, nam non communicatur inter locos ex text. in l. nec adiecit ff. pro socio. l. si fratres in principio in illis verbis quod alium de quaesierint, in commune non redigatur. ff. eod. Baldus in l. cum oportet. in principio C. de bon. que liberis. & Didac. Perez in l. 3. gloss. e si fuerit, titulo 4. libro 5. Ord. pagin. 159. & rationem assignat Matienço, in l. sequente gloss. 4. scilicet, quia causa finalis lucri est conjux, cui fit donatio, presumitur si quidem inter conjunctos potius ex naturali affectu quam ex alia causa donationem fieri, ut l. 2. §. final. ff. de donatio. l. creditor §. 1. ff. mand. quare donatario acquiritur solum, cum eius contemplatione donetur, ut dictum est ex dictis legibus & ex dist. l. 3. infra eo. expressa ad hoc. Ex qua quidem ratione inferri possit, quod si consanguineus mariti contemplatione ipsius mariti aliquid donaret ejus uxori, ipsi marito solum acquiritur, ex dictis per Clarum, libro 4. sentent. §. donatio. questione 10. numero 2. & melius Palatius Rubens in Rubrica §. 45. cogita latius, nam lex 3. infra eo generaliter loquitur in donatis per quemcumque propinquum, aut amicum nulla distinctione facta, & est hęc mea nova consideratio ad hanc legem, quam usque nunc à nemine vidi factam & in l. 3. sequente in gloss. o de pariente, latius repeto. Sed an lex nostra procedat in donatione remuneratoria, Didac. Perez ubi supra pag. 158. in fine. & pag. 159. col. 2. tractat, & Matien. in l. 3. infra eo. in glossa. 4. in fine. voluit se remittere ad Arium Pinelum in l. 1. parte 3. num. 60. versiculo probatur 2. & sequentibus C. de bonis maternis & per Covarruvias in capit. cum in officio numero finali ad finem de testamentis per ipsos videbis, & per Suarez hic in 3. limitatione, versiculo neque obstat si dicas, Et in donatione regia, de qua in iis verbis nostri text. mentio fit, vide late Suarez in titulo de las ganancias 7. limitatione, & Telium lege 16. Tauri, num. 14. & id erat de quo dubitabat Rebuff. in 2. Tomo constit. Franc. titulo ut benefice. ante vaca. articulo 2. glossa. finali folio 355. de quo in nostro Regno ex lege nostra non est jam dubitandum, & Matien. hic, eam ampliat sub glossa 4. numero 2. ex Roderico Suarez, ubi supra, ut id procedat etiam si contemplatione societatis Rex faceret dictam donationem uni ex conjugibus; Aliam rationem assignat Montalvus, in l. prima, in glossa de Rey titulo 3. lib. 3. Fori. Ibi, A quien lo dice, Similis in l. 6. tit. 10. infra hoc libr. & hoc est quia lucra personalia non communicantur, secundum gloss. magnam, ita ad legem nostram

nostram notantem, in l. 3. titulo 10. part. 5. que est alia ratio ultra eam, quam in gloss. supra proxima adnotavimus, non tamen procedit hoc in casu l. 6. titulo septimo supra hoc libro, ubi dixi in gloss. finali. Et an transmittetur medietatis huius acceptatio ad heredes uxoris, si per ipsam non est acceptata, & vide Pinelum in l. 1. C. de bonis maternis, 1. parte, num. 36. & 37. & hęc pro hac lege.

IN LEGES TERTIAM & QUARTAM.

Casus in quibus bona lucrata constante matrimonio non communicantur inter maritum & uxorem declarantur hæc leges, que sunt declaratorie precedentium. Et sunt leges Fori 2. & final. titulo 3. libro tertio Fori.

SUMMARIUM.

- 1 Acquisitio nomine quid comprehendatur.
- 2 Legitima in vita patris licet non debita est, tamen quasi debita.
- 3 Differentia contractuum & ultimatum voluntatum remissio.
- 4 Declaratio l. sed & si adiciatur, ff. pro socio.
- 5 Lucrum est genus, questus vero species.
- 6 Amicus reputatur ut consanguineus.
- 7 Donatum uxori à consanguineo mariti ob contemplationem mariti, questus eorum an vero amborum erit, cum tribus sequentibus, & num. 10 resolutum.
- 8 Donata uxori mariti contemplatione mariti sunt, & è contra resolutum in num. 10.
- 9 Donatum socio etiam occasione societatis, cedit ipsi donatario, ubi quid in donatis ambulatori.
- 10 Regula interpretandi dispositiones testatorum aut contrahentium & aliorum.
- 11 Legatum relictum Episcopo, quando censetur intuitu Ecclesie.
- 12 Marito mortuo, si ejus consanguineus contemplatione ipsius mariti aliquid donet uxori, an erit heredis, ibid.
- 13 Damna propter societatem obvenientia sunt communia, secus si propter persona contemplationem obvenierint.
- 14 Donatum marito existenti in bello communibus expensis, mariti & uxoris sunt lucra, declarata ut ibi.
- 15 Fructus etiam Castrensis, vel quasi Castrensis bonorum communicantur inter virum & uxorem, licet bona unde proveniunt non, & n. 16. & ibi quid si sunt fructus pecorum vel ancillarum, usque ad 19.
- 16 Correcta est l. 20. titulo 11. part. 4. per nostras circa partus ancillarum.
- 17 Partus ancillarum licet non computentur inter fructus, computantur tamen inter redditus.
- 18 In venditione gabella fructuum non venit usus fructus bonorum qui nascuntur.
- 19 Protocola tabellionis mortui an sint communicanda cum uxore ejus, usque ad 21.
- 20 Fructus non est quod non renascitur.
- 21 Fructus bonorum paraphernalium an communicantur, & ibi quid maritus est hodie administrator eorum sicut dotalem.
- 22 Bona mariti sunt tacite obligata pro paraphernalibus in Recapitulationem. Tom. III.

- 23 nalius, licet non detur pro eis prelationis privilegium.
- 24 Maritus an teneatur pro consumptis paraphernalibus.
- 25 Fendum obveniens post contractum matrimonium an sit paraphernalis.
- 26 Uxori an detur medietas juris presentandi constante matrimonio acquisiti.
- 27 Fructus primogenii communicantur inter virum & uxorem, etiam mortuo marito, dum tamen sint tales, qui etiam non essent de primogeniis communicantur, ubi quod cessant hodie dispositiones antiquæ circa hos fructus dividendos.
- 28 Fructus bonorum in locatione remanentium mortuo marito an dividantur.

Ibi, De herencia de padre o de madre. Nam cum nomine acquisitio illa tantum & comprehendantur, que ex industria hominis, & opera, & solertia, vel industria per alterum conjugum constante matrimonio acquiritur, ut satis notatur ex l. questus, ff. pro socio, & verbum acquirere lucrari est, capit. transmissa, & capite pastoralis, de decimis. Ancharanus consilio 65. columna prima, numero primo, libro primo, & hereditas parentum jure natura, rationeque naturali debetur filiis, juxta illam apostoli, filius, ergo hæres, capite si pater, de testam. tit. in sexto, & quamvis non sit verè debita legitima in vita patris, est tamen quasi debita, secundum glossam in l. 3. Cotic. de jure & fact. ignor. quam commendat Segura in repetitione l. 3. §. finali, numero 115. ff. de liberis & posthumis, & ibi Additionator, & sic ex industria, opera vel solertia uxoris, aut viri hereditatem accipientium patris aut matris, vel alterius propinqui, aut amici non acquiritur hereditas, ideo nimirum in non communicetur inter maritum & uxorem, sive proveniat ex testamento vel ab intestato, ex textu in l. si societatem, C. pro socio & sic appellatio acquisitio non venit hereditas, ex l. nec adiecit, ff. pro socio, & ex glossa in dist. l. questus, ff. eod. tit. Et sic constituit differentiam inter contractus, & quasi contractus, donationes, & ultimatum voluntates, quia habita ex contractu oneroso constante matrimonio communicantur, non tamen lucra habita ex titulo lucrativo donationis, ut in legibus procedunt, & in presentibus, neque ex causa testati vel intestati, secundum legem nostram, & hæc est una de differentiis inter contractus, & ultimas voluntates, & alias & vide per Decium in l. cum quid, numero 42. ff. si certum petatur, & Additionatorem Segura in repetitione l. si ex legati causa, numero 11. usque ad 56. ff. de verborum obligationibus. Sed contra supra dicta videtur, & text. in l. sed & si adiciatur, ff. pro socio, ex quo colligitur, ut inquit glossa 1. lege septima, titulo 10. part. 4. quod verbum, lucrum, inducit genus, & sic non solum actus quaestuarii continentur, sed & etiam illi qui non sunt quaestuarii, ergo & sic dicendum in nostro casu, sed facilius difficultas diluitur, nam in nostra materia simpliciter est contracta societas, & tunc solum actus quaestuarii comprehenduntur, sed cum adicitur per contrahentes velle esse socios, & in lucris, tunc etiam in non quaestuariis contracta censetur societas, sed & adhuc videtur instandam, maximam hanc ex l. l. sed

est adiacetur, colligi non posse, ibidem enim nihil amplius operatur verbum lucrum, quam verbum quattuor, ergo non potest dicta doctrina abinde colligi, sed nihilominus est dicendum colligi clarissime, nam ideo ibi nihil operatur verbum lucrum ultra verbum quattuor, quoniam lucrum est genus, & questus est species, & restringitur significatio lucri, ut intelligatur questus, ex eo quod statim post genus apponitur species ipsi generi, & ideo ponitur expositivè, vel determinativè, ita Bartolus in l. questum, §. finali, numero sexto & septimo, ff. de fundo instruto, ex quo clarè desumitur quod si verbum lucrum non esset ibi appositum restrictivè, omne lucrum acquireretur etiam ultra actus quatuor comprehenderet, & sic maxima dicta optimè desumuntur per illum glossam in dicta l. 7. ex dicta l. sed est adiacetur.

Ibi, O de donatio, Vide quæ diximus in l. preedente, in glossa donatio de Rey, & vidi post hac Burgos de Paz Juniorem, questione 11. per totam de iis differentem.

Ibi, Amigo, Hic habes textum, expressè probantem, amicum ac ut propinquum & consanguineum repatari, nam ut habetur Proverb. 18. Vir amicus ad societatem magis amicus erit quam frater, & Ecclesiasti. 6. Amicus si permanserit fixus erit tibi quasi coequalis; & ibid. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem invenit illum, invenit thesaurum, & iterum cap. 14. ante mortem bene fac amico tuo, amicitiaque habet effectum fratricitatis, ex l. vno dubitat, §. 1. ff. de hered. l. in finem, in hac verba, (qui frater non est, sed fraterna charitate diligitur, velè suo nomine sub appellatione fratris, heres instituitur) l. vnum in principio, ff. pro socio, & plura diximus de amico, in l. 34. tit. 6. lib. 3. supra numero 3. cum sequentibus aliquibus, ut diximus magnam amicitiam consanguinitati comparari, & cum consanguineo comparatur amicus, mirum non est, si ob hanc specialem causam ab amico heres instituitur, vel donatarius effectus non communicet hæc cum socio, prout hic disponitur.

Ibi, O de pariente, Sed an debeat esse consanguineus illius conjugis, cui donatio vel legatum fit, an verò sufficiat & idem sit, quod sit consanguineus alterius conjugis, & attentâ nostrâ lege, idem in uno quod in alio dicendum, cum sub personâ donatarii contemplatione censetur donatum & legatum, licet lucri societas fuerit occasio. Ex quo semel in factu habui consulere, an id quod donatur uxori à consanguineo marito sit uxori applicandum, an verò marito, vel erit multiplicatum ꝑ durante matrimonio; & sic inter cam & hæredes mariti dividendum, & antequam ad questionem deveniam, excludendus est casus indubitabilis, scilicet quod non erit multiplicatum, quia sive sit acquiritur marito, sive uxori, non est communicabile: Et hoc sic supposito, videtur quod debeat esse mariti, nam omnia data, vel donata uxori à consanguineis mariti eius contemplatione, ꝑ vel in dubio quando hoc percipi potest ex qualitate rerum, videntur donata ab ipso marito, & ipsi marito quaruntur, text. est formalis in l. sed si plures, §. in aragato, ff. de vulgari, text. in l. cum oportet, & ibi glossa donataria, & communiter Doctores, C. de bonis qua-

beris, text. in lege quinta, titulo decimo-septimo, pariter quarta, & ibi gloss. per rason, & idem è contrario donatum sponso & marito contemplatione sponse & uxoris, erit sponse ipsius, non verò mariti, ex text. in l. si mater vestra, C. de donat. ante nupt. & hæc est communis sententia, ut constat ex Julio Claro, lib. 4. receptarum sentent. quest. 10. numero 2. §. donatio. tradit latè Palatius Rubens in Rubrica, §. 45. per totum, ubi plura in propositum adducit. Secundò & pro hac opinione facit text. in Authentica in donat. C. de secund. nupt. ubi habetur quod si mulier recepit donationem propter nuptias ab aliquo tertio pro ipso marito, quod tenetur eam filiis illius matrimonii reservare, tanquam si ab ipso marito processisset, & ibi notant Doctores, text. in Authentica de nuptiis, §. si vero expellet, in suo. ibi non decernimus &c. collatione quarta, ergo indistinctè ea quæ fuerint data uxori à consanguineis viri, ejus contemplatione vel è contra debent reservari, & sic ex hoc temate inquit Caprâ, consil. 31. quod dispositio l. hæc editali, C. de secund. nupt. præfinitis summam, quam uxor potest dare in dotem secundo marito, servanda est, etiam si mulier non det marito, sed alteri ejus amico, sequitur Decius & relati per Bæzæam & de doriens, capit. 30. numero 4. neque obstat quod Roman. consil. 405. incip. præsuppositis, dicat quod jura in primo fundamento allegata loquuntur in donatione propter nuptias, & non in aliis, quia certè text. in dicto §. si vero expellet, in fine, loquitur tam in donationibus ante nuptias, quam propter nuptias, & aperte videtur comprehendere omnia, quæ dantur occasione matrimonii, præsertim cum in omnibus eadem ratio contemplationis mariti detur: Pro contra verò parte, imò quod fit uxoris tale donatum in l. præcedente consideravi generalitatem nostri text. non distinguens, detur necne contemplatione mariti, ut uxoris cui donatur sit, & sic nec nos distinguere debemus. Item quia quod donatio facta uxori à consanguineis mariti videtur facta ipse marito, ita est per fictionem & juris præsumptionem, ut in l. adition. in fine, ff. de acquir. hereditate, & in l. cum oportet, versiculo primo de bonis qua liberis, iuxta gloss. in verbo, ex ejus substantia, ergo dispositio generalis, prout lex nostra quæ semper in potiori & difficiliore sensu est accipienda, non est declaranda per casum fictum, vel præsumptum. Item facit gloss. in l. ut liberis, verbo in ipsas, Cod. de collatio. ex qua probatur quod res sponse meæ donatæ à fratre meo statim efficiuntur uxoris & sponse meæ, quam ad hoc dicit singularem Palatius Rubens, in Rubrica, §. 44. num. 1. ubi num. 2. versiculo hæc idem videtur, pro hac opinione considerat generalitatem nostri text. & videtur ibi hanc opinionem velle, quem certissime nondum videram, quando legem nostram pro ea consideravi: Item pro hoc considero textum in l. socium qui, §. final. ff. pro socio, ubi secundum communem lecturam probatur, quod si donatur socio occasione societatis, ex quo tamen donatur personæ, cedit ipsi soli donatario, ꝑ & non societati, ut cum considerat in proposito Suarez, in titulo de las ganancias, 3. limitatione paulo post principium, & iterum in 7. limitatione, & rationem assignat Bartolus in es l. socium, in fine, quia occasio est causa remota, ideo

ideo non consideranda, & sic contemplatio mariti, que est occasio dandi, tanquam causa remota, non est attendenda, veluti si socio à principio factum donatum, quia veniens ad Curiam pro negotio societatis, complacuit Regi ex quo sibi facta donatio, erit suam donatum & non societatis, secundum Palat. Rub. in Rubri. §. 65. numero 65. ubi optimè loquitur in propositum, & gloss. magna in l. 3. titulo 10. pariter §. & idem si donatio fuit facta ambafatori vel legato alicujus provincie, ut per gloss. l. qui proprio, §. procurator, ut in ceteris, & ibi Barthol. & DD. ff. de procur. & Palat. Rub. ubi supra, §. 45. numero 6. Quis igitur erit in hoc dicendum, præsertim quoad propositum nostre legis, & in ista contrarietate, ego tres casus distinguem; ꝑ Primus, cum constat propter ipsum maritum, & non aliter, donationem fuisse factam ejus uxori per consanguineum mariti, & tunc procedat prima opinio quod tale donatum marito acquiratur: Secundus casus est, quoties constat ipse uxori solum donationem talem fieri, quæ tunc personæ ejus facta videtur, & sic procedat secunda opinio, & ita loquitur expressè gloss. in ipsos, in dict. l. ut liberis, dicta l. socium qui, §. final. prout intelligit ipse Pal. Rub. in dicto §. 45. num. 6. & sic procedunt dicta per eundem Palat. Rub. in dicto §. 44. ubi in verbo, hæc tamen intelligi, ita tenet & declarat, & ibi hos duos casus consubstrit: Tertius verò casus erit quoties sumus in dubio an voluerit ipsi soli uxori donare, an verò contemplatione mariti, & tunc teneo cum opinione Angeli, in dicto §. in aragato, relata per Palat. Rub. in dicto §. 45. numero 8. scilicet, quod quando fuit donata res vel materia marito conveniens, ut puta arma vel equus, vel similia, marito donatum censetur, & idem si erit res indifferens, quæ ita uxori, sicut marito competere poterat, si res est in eodem statu, ut quia non est incilla ad alicujus usum, secus si res donata solum uxori applicabatur, nam tunc ipsi soli & non marito convenit, & ita ex qualitate rerum est conjecturanda mens donantis, & considerationes Alexand. contrarium tenentis, relata per Pala. Rub. dict. §. 45. num. 3. & 9. mihi non satisfaciunt, quin concordia hæc non sit tenenda, vel secundo hic tertius casus declarari potest, quod si in loco illo adest consuetudo donandi consanguineis mariti uxori, & è contra, & quod sic donata sint propria illius cui donantur, valebit hæc consuetudo, & sic verificetur secunda opinio, secus verò ubi non adest talis consuetudo, nam tunc servabitur prima opinio: Et pro prima concordia ex Angelo, contra Alexandrum facit, nam hæc est vera & propria regula interpretandi dispositiones testatorum aut contrahentium, & aliorum, ꝑ ut juxta naturam rei, materiam subjectam, & regulas juris intelligantur, ut per Didacum Covarr. in pract. cap. 38. numero 12. & quidem ex qualitate rei legatæ colligitur conjectura voluntatis, nam licet legatum relictum à consanguineo ꝑ Episcopo præsumatur relictum intuitu personæ, non Ecclesiæ, & requiritur, de testam. hoc tamen locum non habet, si testator legaverit calicem vel patenam, vel tintinnabulum, quia tunc ex qualitate rei legatæ præsumitur legatum relictum Ecclesiæ, ut dicunt magis communiter Doctores in dicto cap. requiritur, &

ita testatur & sequitur Soc. Senex in l. in civibus, 3. num. 14. in fine, ff. de rebus dub. similiter etiam per contrarium, quamvis legatum relictum Episcopo ab extraneo, intelligatur esse relictum contemplatione Ecclesiæ eique acquiratur, dict. capit. requiritur, id tamen non habet locum, quando aliud ex qualitate rei legatæ conjici potest, veluti si quis legavit prælo falconem, vel canes, ut tradunt Doctores, dict. capit. requiritur, & Soc. ubi supra, numero 15. & refert Mantica, de consuet. ultima volum. lib. 6. cap. 12. num. 4. & sic vides quod cessante dicta consuetudine secunde concordie, tenenda est prima concordia Angeli, inter istas opiniones, quidquid Alexand. voluerit. Et cui incumberet probare probationem affectionis consanguinitatis, & contrariè qualitate, tradit Alciat. relatus per Covar. in dict. cap. requiritur, num. 9. Quid tamen si post mortem mariti aliquis ex mariti consanguineis, vel alius donat uxori rem aliquam contemplatione ipsius mariti, an acquiratur res illa hæredibus mariti, ꝑ & videbatur quod sic, quia hæredes personam defuncti representant, ergo sicut marito si viveret, deberetur, sic & ejus hæredibus eo mortuo, sed contrarium verius videtur, cum tunc cesset causa propter quam, & cum cesset, cessare etiam debet dispositio, nam quoties aliquid fit, alicujus cause contemplatione, cessante causa illa, cessat illius cause dispositio & contemplatio, ex dictis per Doctor. maxime Tiraquell. in cap. sane causa, de appellation. maxime num. 197. cum 3. sequentibus, in principio illius ratiatus, præsertim si in tali donatione vel legato fiat mentio meritorum ipsius uxoris, nam tunc ob eam solam fieri videtur donationem illam argum. traditorum per Tiraquell. in l. si unquam, verbo donacione largitus num. 77. C. de revoc. donatio. quod tu latius considerabis.

Ibi, En hueste en que no oya por su soldada. Habere potuit hæc dispositio fundamentum à l. socium qui in eo. §. socius, ff. pro socio, ubi est casus quod damna & luca contemplatione societatis obvenerint sunt communia, secus si contemplatione personæ obvenerunt, licet ꝑ societas fuisset occasio lucri, & quia lex nostra non ita considerat contemplationem personæ, sed quod eat cum soldata ad bellum & regis servitium, vel sine soldata, expensis tamen communibus mariti & uxoris, ideo melior videtur lex si fratres, §. idem Papinianus, alias est, si inter fratres, ff. pro socio, quæ loquitur de salariis & stipendiariis, prout nostra lex loquitur, & inquit lex illa si fratres, in illo §. Papinianus, (quod si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, & stipendia, ceteraque salaria in commune redigi judicio societatis) & intelligitur ille text. de stipendiis & salariis, quæ dantur militibus & vexillariis, vel similibus, quæ in Castris peculio computantur, & sic est ibi casus singularis, quod illa stipendia seu salaria veniunt communicanda, & intelligit ibi gloss. quando fuisset eo modo celebrata societas, ut ex quacunque causa quantum communicarent, secus si simpliciter per l. coiri, ff. pro socio, & sic est ille casus notandus ad concordiam, ita jura hæc in propositum nostre legis considerat Suarez, hic limit. tertia in principio, verumtamen quia lex nostra non tantum stipendia & salaria regis vel militis bellicæ ipsius mariti esse



- confir. Franc. in presari. tit. de sentent. provis. n. 8. & hodie five tradiderit instrumenta five non, est maritus eorum administrator: Ex quo & resultat quod cum maritus ditorum bonorum paraphernalium sit administrator & suo periculo bona hanc sicut dotaria maritus administrat, pro tali administratione bona mariti sunt tacite obligata, & ex text. in l. fin. Cod. de pact. conven. & ex d. l. 17. titulo 11. partit. 4. ubi glos. todos, ita tenet, & Anton. Gom. l. 51. Tauri numero 40. & 41. licet in eis uxor non habet privilegium praelationis, ut & tenet Covarr. d. cap. 7. numer. 1. hanc dicens communem, & probatur ex d. l. 17. in fine, & tradit Fano, de pignori. 2. parte, membro 4. numero 13. & 63. & nu. 64. tradit de hypotheca donationis propter nuptias, & an maritus teneatur \* pro consumptis paraphernalibus, vide Anton. Gomez. d. l. 51. Tauri num. 44. vers. & ex superioribus se offeri, & quae dicantur bona paraphernalia, vide text. in d. l. 17. & an feudum, quod obvenit post contractum matrimonium & dicatur paraphernalia, vide Matth. Afflicti. decis. Neapol. 44. num. 1. ubi nu. 5. de fructibus paraphernalium tractabat. Et an in iure praefatando durante matrimonio acquiritur uxor & habeat pro parte dimidia praesentare mortuo marito cum hereditibus eius, & inquit quod sic Afflicti in constitut. Sicil. incip. licentiam quast. 2. primi notabilis, relatus & secutus per Baecam, de decima tu. capit. 23. num. 21. & 22. quod indistincte non credo verum, nam jus patronatus est annexum spirituali, & sic emi non potest, sed si maritus ex iure hereditario, aut donationis illud acquirat, suum est ex legibus nostris, igitur mulieri suae acquiri non potest nisi daremus casum, in quo maritus ipse constitueret ipsum jus patronatus durante matrimonio, nam tunc procedere posset illa doctrina Afflicti, non vero alias, & sic post hoc scriptum vidi per Pala. Rub. in rubr. de dona. §. 62. num. 23. item
- 27 & fructus primogenii communicantur & inter virum & uxorem, etiam mortuo marito dum tamen sint tales, qui etiam si non essent de primogeniis communicarentur, secundum Pala. Rub. in rubrica §. 62. nu. 10. & Suarez hic relatus & secutus per Baecam, ubi supra cap. 24. num. 15. & vide Ayoram de partitio. 1. parte cap. 9. num. 6. & sequentibus. Ex quibus cessant hodie dispositiones & distinctiones l. divorcio, & l. de divisione, & similia ff. solus. matrimon. l. 26. titulo 11. part. quarta, disponentium qualiter soluto matrimonio fructus bonorum dotialium, vel paraphernalium uxoris, vel mariti essent dividendi inter eos, & eorum heredes, nam dividuntur hodie secundum legem nostram inter eos tantquam lucralia, cum distinctione l. 10. titulo quarto, libr. 3. fori hodie servata teste Montalvo in l. fin. titulo de las ganancias lib. 3. fori, & Pala. Rubios in rubri. §. 62. numero 10. & Bonifacio in peregrina legum partitarum, verbo, dos, in glos. solus. vers. tercio decimo, quamvis sine distinctione esse tales fructus soluto matrimonio communes ut lucralia, testetur glos. in dict. l. 17. & in d. l. 6. & Anton. Gomez. l. 53. Tauri num. 33. vers. hodie tamen, & Montal. l. 3. titulo 3. libr. 3. fori, in fine, sed revera non ita indistincte sunt intelligendi, sed secundum dictam l. 10. fori, sunt declarandi dicti Docto. prout expresse

voluit Montal. in dict. l. 3. glos. final. in fine, licet fateor quod in locis ubi dicta l. fori 10. & nostra non servarentur, vel si lucra repudiarentur ante vel constante matrimonio pro conjugum superstitem posset procedere dispositio dicta l. 26. titulo 11. partit. 4. vel ubi ut Corduba, non servarentur dispositio legis nostrae: ubi tamen lex fori ultatur, prout in pluribus locis servatur, & communiter servari dicit Ayora de partitio. cap. 9. numero 1. partit. 1. & iterum cad. 1. parte. cap. 6. numero 12. tunc ejus distinctione sunt declaranda leges nostrae circa fructus soluto matrimonio remanentes: Et sic male, meo videtur, inquit Anton. Gom. in d. num. 33. vers. hodie tamen, dicens quod si matrimonio duravit parvo tempore, tunc pro rata temporis maritus & ejus heredes fructibus collectis vel pendentibus gaudebunt, nam haec declaratio Anton. Gom. est contra legem nostram & dictam l. 10. fori, ideo non tenenda, nisi cum intelligas quosvis ante matrimonium tales fructus extabant pendentes, & eidem soluto matrimonio, nam tunc procedit id quod dicit ibi Anton. Gomez. vel id quod novissime inquit Ayora in tractatu de partitio. in princip. cap. 9. numero secundo & tercio, ubi num. quarto, quid erit si, & locata erat vinea. Et antedem sit circa fructus officiorum regionum, vel advocatorum & tabellionum & similia in legunt. sequente videbimus ad quam declarandam progredior.

## IN LEGEM QUINTAM.

## Declaratoriam praecedentium.

Leges praecedentes non procedant quoad usum fructuum, quoad enim a quibusvisque bonis proveniat debet communicari inter conjuges, postquam maritus libere durante matrimonio alienare bona lucralia cessante tamen fraude: Perditque uxor luxuriose vivens mortuo marito partem lucrorum ei pertinentium, & devolvitur pars illa hereditibus mariti.

## SUMMARIUM.

- 1 Officiorum emptorum uxor medietatem estimationis eorum habet, & ibi an & fructus officiorum non vendibilium sit medietas uxoris, ubi de advocatis, & num. 2.
- 2 Hereditaria licet non communicantur inter virum & uxorem, fructus tamen eorum communicantur.
- 3 Castrensiu etiam vel quasi communicantur fructus, & ibi an acquisita per advocatos sint castrensia vel quasi castrensia.
- 4 Meliorationes in re mariti factae constante matrimonio communicantur ut lucra, ubi idem iure uxoris, nisi ubi, & quid tunc estimantur.
- 5 Intellectus verborum nostri text. y de los otros bienes.
- 6 Alienari possunt constante matrimonio bona communicabilia uxori: nam ut ibi n. 7. revocabile est dominium eorum uxori acquisitum durante matrimonio.
- 8 Maritus an possit donare bona lucralia constante matrimonio, & 9.

- 9 Donatarius cui maritus donavit aliqua ex bonis lucralis tenetur de iis certiorare uxorem & heredes eius ut tantundem ab hereditibus mariti recipiat.
- 10 Tutori & administratori liberam administrationem habentibus promissum est donare pro populo nobili: declaro ut ibi.
- 11 Uxor de fructibus etiam non potest constante matrimonio aliquid alienare, ubi etiam si ampliam dotem dederit.
- 12 Majoratum an de bonis lucralis possit maritus constituere sine consensu uxoris.
- 13 Maritus an possit alienare si mulier est haeretica.
- 14 Maritus an possit meliorare unum ex filiis ex lucris.
- 15 Maritus in testamento & ultima voluntate non poterit lucralia haec alienare. 15. & 16. ubi quid in donatione causa mortis.
- 16 Remotio facta in ultimo vite spiritu vel in senectute videtur facta in fraudem spectantium.
- 17 Maritus & Ecclesiae reconciliatus non poterit ab inde alienare lucra uxori sua pertinentia sine eius licentia.
- 18 Dolus non est permissus etiam in quacunque generali administratione.
- 19 Maritus ludendo aut meretricando an possit lucralia consumere in prejudicium uxoris.
- 20 Maritus sibi vendendo an prejudicet uxori in sua dimidia lucrorum.
- 21 Etiam si quis habeat liberam administrationem non potest subeundo dominum obligare.
- 22 Vidua luxuriose vivens perdit partem lucrorum, ubi quando dicitur luxuriose, in n. 23. remissive.
- 23 Vidua si post annum luctus luxuriet non perdit usum fructuum bonorum filii, ubi & an facultatem ad testandum vel meliorandum perdat.
- 24 Vidua stuprum committens an peccet magis quam virgo.

Ibi, Declarando. Nota qualiter haec lex nostra declarando, non vero corrigendo procedit, ut intelligas quod non est contraria supra proximis, sed potius declaratoria & limitativa eorum.

Ibi, Officis de rey. Si intelligis de officis venditis ab ipso rege, ut sunt rectoria, vulgo regimientos, vel tabellionatus & officia procuratorum, nihil dubii hoc contineret, neque esset limitatio haec praecedentium legum, quoniam officia haec empti durante matrimonio saltem quoad estimationem eorum communicabilia sunt, & in eis medietatem estimationis & valoris habet mulier, ut alibi diximus in tracta. de decanibus vocato Curia Pisona, & sic multo fortius fructus & redditus ad salaria ex eis provenientia inter maritum & uxorem communicantur, & in iis nulli dubium. Ideo ut lex nostra sit declaratoria praecedentium & limitatoria eorum, quia limitatio debet esse de regula, lex nostra intelligenda est, de iis officiis regis quae neque venduntur, neque vendi possunt, neque cedi, prout sunt officia iustitiae, puta consulariorum regis, cancellariae aut Curiae, civitatum, & Azvedo in Recopilationem, Tom. III.

villarum & locorum regni, haec enim cum vita ea exortentium, vel voluntate regis extinguantur & finiuntur, & sic non communicantur inter conjuges, quia nihil est quod in proprietate estimari possit, & quamvis ita sit, nihilominus eorum fructus, redditus, & proventus ad salaria talium officiorum communicantur inter conjuges, sicut aliorum bonorum, prout in expresse tenet Suarez, hic in 3. limit. pagin. perult. versicul. per dicta ut refert, quod inquit esse notandum ad correctores & officiales, qui lucrantur multa in officiis, ut haec cum uxoris sint communicanda, ex Bald. in tit. quis dicatur Dux vel Marchio, & in proemio feudorum colum. 10. & ex l. 3. tit. de las arras, lib. 3. fori, & l. porque acate, tit. de las partijas y particiones, facit text. in cap. si duo fratres, de duo fra. de novo, per quem consultit Alexan. consil. 49. col. 3. volum. 1. quod licet obtenta iure hereditario non communicantur inter socios l. coiri, ff. pro socio, & leges praecedentes, tamen fructus communicantur, quia illi non dicuntur jam venire & ex haereditate bonorum text. in l. 11. tit. 4. de las particiones, lib. 3. fori, quam in sua dispositione allegavit Tiracquel. de retract. Linagiel. §. 32. gloss. 1. num. 12. & idem quod Suarez tenet Pala. Rub. in rubr. §. 62. numer. 18. & Didae. Perez in l. 2. tit. 4. libr. 5. ordina. pagin. 162. in princip. & Montal. in l. 2. titulo 3. libr. 3. fori, glos. es communal per totam, qui idem dicunt in salariis doctorum & advocatorum, & novissime Ayora, in tracta. de partitio. 1. part. cap. 3. numero 5. vers. reneo, & cap. 8. num. 16. five salaria haec advocatorum dentur eis de publico five a partibus, ut communiorem testatur opinionem additis, Capella Tolos. decis. 10. & tractat hic Matienço gloss. 4. numero quarto cum sequentibus, & sic tenendum est legem nostram in iis officiis intelligendam ut delerivat de dubio, & limitatio & declaratio sit de regula: & per Covarr. lib. 3. variar. cap. 19. alia traduntur circa officia regis vendibilia an proprietates eorum communicentur, & non est dubium quod sic, quoad estimationem ut alibi diximus late.

Ibi, Aunque sean de los que el derecho tuvo por quasi castrenses. In iis enim majus dubium esse poterat, cum praecipua sint maritorum haec acquirantia, nam & in iis inquit lex nostra quantum ad fructus legem praecedentem procedere, & nam dictio illa, aut, Latine, quamvis, includit hunc casum prout in proposito voluit Anton. Gom. l. 50. Tauri, numero 72. ad fin. ubi & declarat quae sint bona Castrensia vel quasi, quod melius declaratur in l. 7. titulo 17. parte 4. quam declarat nosse Gutierrez, in repetit. Authenti. sacramenta puberum, numero 52. cum 2. sequentibus C. si adversus ven. & licet dubitatum fuisset in quod advocatus, vel curia variens, vel notarius lucrantur diceretur quasi Castrense, & cum de publico salaria habebant, id tale dici affirmabatur, & sic quod advocati moderni acquirerebant non diceretur Castrense vel quasi, ut per Pala. Rub. in rubrica, §. 62. numero 19. & 20. communior tamen est opinio teste Auzedio in additione ad decisio. 10. capella Tolosana, quod five ex publico detur five a privatis personis quasi Castrense dici, praeteritum cum jam ex publico advocatis salaria non constituantur regulariter, nisi uni

aut alteri pro defendendis rebus civitatis, aut pauperum causis, vel filci, notandum itidem est, quod meliorationes in re mariti factas constante matrimonio sunt mariti, & uxoris, si in rebus ejus facte fuerint, earum tamen estimatio erit pro dimidia uxoris, vel mariti secundum quod in rebus unius aut alterius, aut utriusque facte fuerint, secundum text. in l. 9. titulo quarto, libro 3. fori, nisi res in quibus tales meliorationes sunt sint majoratus, nam tunc neque estimatio meliorationum communicabitur, secundum Covarruv. in 4. 2. parte, cap. 7. §. 1. num. 9. in fine, ex l. 46. Tauri supra isto in titulo de los mayorazgos, inserta, ubi diximus. Et in dicto casu in quo expensarum aut meliorationum estimatio danda est, estimabitur id quod tunc quando facta fuerint expense & melioramenta, expensum in eis est, ex dictis per Anton. Gomez. in l. 46. Tauri numero 3. & Boeri. decisio. 44. num. 12. Et de iis quasi Castrensibus officia publica vendibilia communicantur, ut dixi supra hac lege, & advertit bene Matienço hic glosi. 4. num. 2. & 3.

Ibi, T los ovas bienes. Intelligi, de similibus expensis in verbis precedentibus, in quibus uxori nulla comunico datur, non vero de aliis intelligas, nam aliter esset destruere leges precedentes, & quia dictio illa, ovas, Latine, alius, alia, aliud, est repetitiva similibus, ideo de similibus intelligenda sunt verba hæc. T los ovas bienes. Non vero de dissimilibus in quibus datur communicatio, & hoc quoad hoc in principali estimacione eorum datur comunico nec ne, secus quoad fructus, nam quoad eos communicandos nihilo differunt una bona ab aliis.

Ibi, T los fructos. Nam & horum fructuum restantium ex bonis uxori non communicabilibus, datur uxori comunico, sicut & datur fructuum aliorum quorumlibet bonorum constante matrimonio acquiritorum, prout lex supra proxima probat, que per legem nostram declaratur & ampliatur quoad fructuum communicationem provenientium etiam ex rebus non communicabilibus, ut sunt C. strensia vel quasi, & similia, & voluit Bar. de Paz junior in questio. suis quest. 17. num. 31. cum sequentib. aliq. quatvis jure communi dicti fructus non communicabuntur, secundum glossi. l. 17. titulo 11. p. 4. ubi communem sic esse dicit antiquitus.

Ibi, Que no fueren castrenses in casu castrenses. Nam de castrensibus & quasi Castrensibus, nulli dubium quin possent per maritum alienari, cum sint sua & præcipua & in eis nulla comunico uxori concedebatur quoad proprietatem eorum, ut dictum est in legibus precedentibus. Et ideo lex nostra de iis nihil in hoc de alienatione expressit, sed tantum de illis, que non erant castrensia nec quasi castrensia, ut & hæc, in quibus uxor comunem habet, libere per maritum alienari possunt constante matrimonio, & in hoc est singularissima lex nostra, & ratio esse potest, nam cum in actu mulieris constante matrimonio non acquiratur, sed tantum in habitu, & potentia, nimirum si maritus interim durante matrimonio possit ea libere alienare fraude tamen cessante, ut in proposito tradit Covar. lib. 3. variar. cap. 19. col. 3. in princip. nam dominium uxori acquiri matrimonio durante revocabile est.

Ibi, Enagenar el marido. Allegatur in hoc per Cassaneum, in consuet. Burgun. rub. 1. §. 3. per totum, fol. 132. col. 3. cum sequen. aliq. nam dominium uxori acquiri pro sua medietate remanet revocabile, & ex text. hic, quem ad hoc allegat Avend. resp. 20. nu. 8. limit. 3. & late Suarez in tit. de las ganancias, vers. ulterius quero, per totum, fol. 19. & alibi dictum remanet in hoc titulo, ideo nimirum si & alienari tales res per maritum possint datâ bonâ fide & fraude cessante, item quia cum de jure deberent lucra esse mariti, & gravatur in hoc quia tantum pro dimidia, nimirum si revideretur, ut possit ea alienare, ut inquit Cassaneus, ubi supra §. 4. in prin. folio 139. column. 2. in princip. Sed an & donare poterit maritus hic bona lucrata & constante matrimonio etiam si dimidia pars uxori pertinet alienetur, & donetur, & Anton. Gomez. in l. 51. Tauri num. 73. ex quodam Ancharan. consil. inquit quod sic, si dolus cesset, & idem tenet Suarez relatus & secutus per Baezam, de decima 11. ca. 21. numero 28. dum ibi inquit quod in ludendo & meretricando hæc potest maritus consumere, ergo & donando, cum donare perdere sit, & in donatione in simili statuto ita tenent Cassan. & Boeri. relati per Molin. de primogen. libr. 2. cap. 10. numero 66. & movetur Anton. Gomez ex generalitate legis nostræ, & quia appellatione alienationis donatio continetur, & hæc sunt præcipua ejus fundamenta, & in puncto juris hæc veriore tenetur novissime Ayora, in tractatu de partitionibus 2. par. questione 41. num. 46. contrarium tamen tenentur Bald. consil. 235. libr. 2. Palat. Rub. de donatio in rubrica §. 66. numero 29. Simanc. de institut. castolic. titulo 9. numero 86. & Pelæz de majoratu. 1. parte, questione 23. numero 14. & Didac. Perez. in l. final. titulo quarto, glossi. pæda, libro quinto ordinament. pagina 170. columna secunda cum sequentibus, & Rojas, de successibus ab int. cap. 33. numero vigesimoinquinto, ubi contrarium vocat erroneam, & falsam opinionem, & hæc etiam sequitur Tellus eam fundans, in leg. 19. Tauri numero secundo & pluribus, sequentibus, & Bernardus Diaz, & Segura, & Suarez relati per Molinam, ubi supra Matienço hic, glossi. 6. numero 6, ubi numero 10. hæc veritorem & receptiorem tenetur opinionem, & voluit Avend. d. respons. 20. numero 8. limit. 3. imo & plus voluit Avenda. respons. 37. in fine, quod quamvis uxor consentiat alienationi per maritum factæ ex causa lucrativa, adhuc possit mortuo marito ex bonis mariti petere medietatem illam ei pertinentem ex bonis illis alienatis per maritum ex causa lucrativa, & hæc etiam opinionem voluit tenere Covar. in libr. 3. variar. c. 19. num. 2. dum ibi legem nostram restringit causâ alienandi datâ, non vero aliâ, & idem quod Avendanus, voluit Navarrius, in manuali Latino, c. 17. num. 155. in fine, dicens quod licet maritus donare possit de lucratis, quod in conscientia tenetur mulieri tantundem restituere, & quod facere tenetur, quod uxori suæ id innotescat, ut in partitione tantundem plus sibi cedat, imo & donatarius ad id tenetur si credit maritum non certioratum uxorem, secundum cund. Navar. ibi & in iis dubiis decidendis & contrarietate opinionum Doctores, nostrâ ita torquentur capita sua, quod contrarietatem

tem constituerint, & diversas opiniones, & fundamenta, ubi nulla contrarietas dari potest, & sic tenet quod Anton. Gomez. & sequaces idem quod Palacios & alii relati in secunda opinione tenent, & quod non sunt contrarii, nam Anton. Gomez. solum tenet opinionem legi nostræ conformem, scilicet, quod valet donatio lucrorum per maritum facta dummodo non sit dolose, & cum fraude uxoris facta, & hoc probat nostra lex, Pala. autem Rubens & sequaces tenentes secundam opinionem asserunt, non valere donationem, quia præsumitur dolose & in fraudem facta, igitur ubi datur dolus & fraus, Anto. Gom. cum eis concordat, quod non valeat, ubi tamen fraus hæc & dolus cessaret, etiam donatio & lucrativus contractus valerent, igitur contrarii non sunt, & miror de tot Doctoribus doctissimis sic anxie contrarietas opinionum facientes, ubi nulla est contrarietas, & sic punctus stat solum in investigando quando fraus, & dolus hic versabitur in donacione, nam si insit fraus & dolus, nullus discrepat, quin talis donatio non valeat, ubi tamen deficit dolus, omnes concordant quod valet, nam deficit fundamentum tenentium secundam opinionem, scilicet quod donare est perdere, hæc autem maxima & doctrina cessat, ubi id quod donatur est cum causa donatum, item & cessat, quoties donatio est parva, quia tunc non est dicendum perdere se donatorem, igitur nullo modo dicti Doctores differunt, sed potius sunt concordēs, & quoties adest causa, quod donante maritum de lucratis non sit perdere, tenet Covarruv. ubi supra dist. numero 2. & Ayora dist. questio. 21. num. 47. & Rojas; ubi supra numero 26. & Palacios Rub. in rubrica, §. 66. numero vigesimoinquinto, & hæc de causa permittitur quod maritus donando sibi communem, dos illa ex lucratis constante illo matrimonio questus solvatur, sic & tutori & administratori, vel procuratori liberam administrationem habentibus permittitur donare pro pupillo & nobili, ex l. si quis ff. de donation. & ibi Doctor. glossi. in l. contra juro §. final. verbo non habere. ff. de pactis. l. cum plures §. final. ff. de administrat. tutor. Pala. Rub. in rubrica §. nono, num. quinto, Pinelus, in l. 1. Cod. de bonis matern. 3. parte, num. 57. item propter servitium & benemerita in patrem collata, itein quoties donatio est parva & non magna, permittitur fieri administratori, imo & procuratori liberam & generalem administrationem habentibus permittitur transigere, & alia non valde præjudicialia dominio facere, ex text. in l. 19. tit. 5. partita 3. ubi glossi. quando tales palabris, & gl. ubi Doct. maxime Meneles numer. 14. & 35. in l. transacionis placitum C. de transacione. igitur & fortius marito ex lege nostra censendum est esse permittitum donare cum causa, vel sine ea in parva quantitate, & sic tenendum est maritum ex bonis multiplicatis posse aliqua moderate, atque ex justa causa donare, ut sibi communem absque uxoris consensu dotare, & filix communi alimenta præstare, consanguineis, amicis & famulis modica atque consuetu Largiri & alia similia facere, ex quibus donationes autem excessivas atque eas, que absque causa legitima, ac in patrimonio communis dissipationem sunt, facere non valeant, eo quod tunc

Arcevedo in Recapitulationem. Tom. III.

fraus & dolus manifeste patent in præjudicium uxoris, & hic verus est ac proprius iuris legis intellectus, ut optimè asseritur per Molinam, dist. capit. 10. numero 67. ex Suarez; hic, versicul. ulterius quero in fine, & voluit expressè Peral. l. 1. num. 73. de legatis. 2. pagina 47. sic declarando verbum, libere alienare, nostris text. & Velazquez de Avendaño. l. 17. Tauri. 7. glossa quarta, & per consequens nulla est contrarietas in hoc circa dictos Doctores, que sunt notanda, quia sunt veteres & novæ consideraciones, & verare meo iudicio & tenendæ, uxor vero ipsa non poterit & constante matrimonio aliquid etiam de fructibus alienare, etiam rerum dotalium, cum ex hoc laedatur maritus. l. si pradium. Cod. de jure dati. not. Lara. l. si quis a liberis. §. si quis ex hie. ff. de liber. agnoscent. num. 253. & sic inquit Navarrius, ubi supra, dist. numero 153; quod mulier etiam amplam dotem dederit marito, non potest absque ejus licentia de illa donare ultra 40. seutos etiam ei, qui eam laetavit. Et ex iis desumi potest questiones resolutio; an ex iis bonis super lucratis possit maritus sine consensu uxoris majoratum constituere, de quo per Molinam dist. cap. 10. numer. 6. cum sequentibus, & Pelæz; de majora. 1. part. questione 23. num. 10. cum sequentibus. Et an aliter quam per donationem alienans maritus lucrabilia possit in parte uxori pertinenti ei præjudicare in hac lege in glossi. medicosamente videtur. Sed an maritus possit alienationem horum bonorum facere, si uxor & sua est hæretica, vide Simancas, ubi supra num. octogesimo secundo cum aliquibus sequentibus. Et an meliorare unum & ex filiis possit, vide Angulo l. 3. glossa quarta num. primo cum sequentibus pluribus titulo quinto supra cod. Ibi, Durante el matrimonio. Et sic in testamentato & ultima voluntate non poterit ut post mortem suam alienentur, quia tunc non durat matrimonium, & quia text. hic loquitur per verbum, enagenar, & per verbum, contrato de enagenamiento, & verba contraxerunt & gesserunt, non referuntur ad ultimas voluntates, ex l. verba contraxerunt ff. de verbo. signif. ubi Doct. maxime Rebus, & quia confertur in tempus in quo maritus non potest disponere, ut puta si jubeat testator, quod servum Titium habeat Sempronius in sex mille morapetinis, cum plus valeret, nam per hoc non poterit uxori præjudicari in parte sua veri valoris servi illius, pro quo facit, quoniam renuntiatio facta in ultimo vite spiritu, vel in nimia & senectate videtur facta in fraudem spectantium, secundum Patid. de Puteo, de syndicatu, verbo pana, cap. 3. num. 4. fol. 358. & sic quod in ultima voluntate non sit permittenda hæc alienatio marito, tenuit Covarru. lib. 3. variarum cap. 19. num. 2. in fine, & Afflicis decisio 350. num. 3. & Cassan. in consuet. Burgun. rubric. 4. §. 9. versic. & ne sicut pinter. num. 2. & 3. ubi num. 4. tractat quid erit in donacione causa mortis, fol. 173. in magnis, & iterum in rubricâ eadem 4. §. tertio, in glossi. fañt. Carles vitz fol. 133. & latius ibidem §. 4. fol. 139. col. 2. Ibi, Sin licentia. Nisi maritus fuerit hæreticus, & Ecclesie reconciliatus, propter quod bona sua sunt publica, nam abinde non poterit alienare partem lucrorum uxori pertinentem sine ejus licentia, & consensu, cum societas illa pu-

P p ij blica-